

PALAESTRA LATINA

SUMMARIUM

SCHIPPERIANA COLLOQUIA, (Avenarius)
AD SANCTUM ISIDORUM HISPALENSEM.

(Martija)

MOLAE SUBTERRANEAE, (Viator)

HORATIUS ET VERGILIUS, (Espinosa)

PROVINCIALI SUO SALUTEM, (Marcos)

HORATIUS DOCTIS VIRIS CREBRIUS EST IN ORE,
(Jové)

LAUDES HORATIANAE, (Fanlo)

BIBLIOGRAPHIA, (Mir, Buxó, M. C., Jiménez,
Martija).

INDEX RERUM

ANNALES CARMINVM HORATIONARVM

SUMMARIUM EXTRAORDINARII HORATIANA

Ordinarii atque Superiorum permissu

ANNUS SCHOL. VI. NUM. 54 1935-1936 MENSE JUNIO MCMXXXVI

PALAESTRA LATINA

MENSTRUUS DE LATINITATE COMMENTARIUS

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 6 pesetarum in Hispania, 7 in America et Lusitania, 8 in reliquis civitatibus. Premium mittatur oportet ad Administratorem: CERVERA (Lérida) - Universidad - España

Ad Sanctum Isidorum Hispalensem

Tertio decimo recurrente saeculo ab ejus nativitate

*Pontificum specimen sublime et gentis Iberae
In tenebris nitidum, Sancte Isidore, jubar!
Hispalis exultat, gaudetque Ecclesia Mater
Praesulis insignis concelebrare dies.
Nobilitate patrum clarus, virtute sed ipse
Clarior et validi dotibus ingenii:
Ad meritos provexit te tua virtus honores
Et primum patriae contulit esse caput.
Quid laudem ardorem studiis, per cuncta favere
Viribus et patriae nobilitare solum?
Assiduumque laborem Arianam excidere sectam
Et patriae et magnum Religionis opus?
Aurea scripta manent: veterum monumenta perenni
Flumine adiuncta tuo postera saecla tenent.
Saecula post tredecim loqueris defunctus et orbis
Christiadum nomen laudat ubique tuum.
Nunc tibi commissum populum, quem dira profundo
Barbaries stimulat praecipitatque chao,
Custodi: Hesperiaeque tuum fulgescat in aevum
Lumen doctrinae, splendibus orbis honor.*

HENRICUS MARTIJA, C. M. F.

Molae Subterraneae

ACTUS II. — SCAENA IV. — (*sequitur*)

VALENS. — Farinam vel tus in ea fuisse opinor.

PROBUS. — Unus ex amicis meis prope habitans, cum vigil esset et hora illa insueta gradus in via incidentes audisset, fenestram aperuit et saccum ita moveri vidit, sicuti sacco portato solo effici minime poterat, idemque vocem quandam semisuffocatam exaudire sibi videbatur. Jam intellegis me satis habere quod suspicer res horribiles.

VALENS. — In hac Roma? Num fieri potest? Evidem credere possum minimi me.

PROBUS. — Reminiscerisne, quae fecerit Julianus?

VALENS. — Incredibile est, quod contendis.

PROBUS. — Attamen verum. Quae suspicor, professus sum Imperatori. Excubiae templa interiora hac nocte explorare et indagare secreto jussae sunt et inter orationem meam publicam coram toto senatu populoque cras efferam et alia argumenta et hoc inexspectatum. Eloquentiam, quae omnium animos ad se rapiat, cras mihi futuram praesagio. Cras quam gloriosum diem caelo et terra memoria condignum! Videsne, mi Valens, illam columnam? Trecentis ante annis illic promulgatum est primum edictum persecutionis Neronianum. Quantum sanguinis, quot tormenta pro nomine Jesu sustentata! Et cras usque ad solem occidentem aliud decretum affixum inde pendebit, quo Christianam religionem solam Imperii religionem esse promulgabitur. Trecenties centena millia martyrum nostrorum ex sepulcris ascendere mihi videntur et palmas atque coronas ferre triumphales.

VALENS. — O diem beatificum et nos beatos, quod eam poterimus videre!

PROBUS. — Nunc abeamus! Imperator in consistorio me exspectat. Cultum deo-

rum etiam in Occidente extirpare constituit, quanquam de tempore et modo agendi adhuc aliquid haesitat. Sed hanc ejus animi fluctuationem devincam. (*abiturus, subito consistit*) Quando excubiae tuae mutabuntur?

VALENS. — Prima luce diei crastini.

PROBUS. — Et ego domum redire non prius potero quam hora tertia. Si excubiis mutatis ad Caecilium te conferre posses, animo essem magis quieto, quod eum a te custodiri non ignorarem.

VALENS. — Id, quod petis, mihi videtur imperii instar et apud Caecilium libens degam nonnullas horas.

PROBUS. — Gratias ago, mi Valens. (*comprimit dextram ejus*) At sero est; exorta est nox!... (*ad seruos*) Ad palatum! (*Discedunt; sed ante templum Jovis consistit, quod templum Valenti demonstrans dextra vocat*): Valens! Die crastino, antequam sol occiderit, his muris verba illa insculpi jubebimus: «Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat; Deo soli honos et gloria!» (*abeunt*)

SCAENA QUINTA

METRANUS, SATURNIUS, tunc ASCANIUS,
(*qui manet in scaena extrema*)

METRANUS. — (*venit primus*) Via est vacua! (*Saturnius intrat et cum eo Metranus it ad frontem scaenae*) Machina vere digna est ingenio, quo est excogitata! Dil inferi sint nobis propiti!

SATURNIUS. — Age igitur, curre!

METRANUS. — Curro, festino. (*abit, sed revertitur*) Attamen... si recte meditor... intellegis... absit invidia verbo... centum viginti millia sestertium profecto non sunt merces discriminis cui me exponam.

SATURNIUS. — Contentus esto pecunia promissa praegrandi et propera!

METRANUS. — Ignoscel Non ignoras... sed posthac nihil amplius inter nos nego-

tiari posse videmur .. Salve! (*abiturus est*)

SATURNIUS. —(*indignabundus*) Quid flagitias?

METRANUS. —Ne iratus sis! .. Mittam ambages, ducenta millia sestertium!

SATURNIUS. —(*secum loquitur*) Non jam tempus est agendi. (*voce clara*) Accipies summam, homo avare! Accipies, sed illico propera!

METRANUS. —Aptissimos homines arcessere festino; post exiguum temporis momentum redibo; para interea summam promissam! Ha! (*Ascanius venit*) Hic est magister dux operarius, qui tibi hic praesto erit. (*Ascanius dat signum, ut eum observet et abit; manus perfricans secum loquitur*) Magnificum negotiunculum! Negotiunculum stupendum!

SCENA SEXTA

SATURNIUS et ASCANIUS

SATURNIUS. —Ducenta millia sestertium! Sed haec pecunia tuis, Probe, emetur lacrimis et tuo sanguine. Experieris quam atrox sit nostra vindicta... Ascani!

ASCANIUS. —(*prodit*) Quid vis, domine?

SATURNIUS —Numida nondum cospicitur.

ASCANIUS. —Tamen mihi promisit fore ut te invitantem certo sequeretur.

SATURNIUS. —Num quid Probo venit in suspicionem? Angor, quod abest ... Tempus fixum praeterit; vide, Ascani, illud!...

ASCANIUS. —(*abit inspecturus*) Silentium altum et noctem... Sed ex illa umbra quidam provenire videtur... nescio an ipse... revera est Numida. (*se proripit ad scaenae frontem*)

SCENA SEPTIMA

NUMIDA, SATURNIUS, ASCANIUS

SATURNIUS. —(*ira succensus*) Cur advenis tam sero?

NUMIDA. —Inveni ante cauponam vinariam nonnullos sodales me invitantes ut secum potarem lagunculam; introii quod votum feceram talem invitationem nunquam me repudiaturum.

SATURNIUS. —Quid novi in domini tui palatio?

NUMIDA. —Dii adjuvant nos. Dominus vocatus est ad Imperatorem, qui agit consistorium.

SATURNIUS. —Eugepael! Et puer? Estne domi?

NUMIDA. —Est domi; et maxima pars servorum hac ipsa hora cenat. Nonnullis, inter quos alii erant et ego, permisum est, ut de conspectu Romae inluminatae delectarentur. Unus camerarius est ante portam Caecili.

SATURNIUS. —Quantam momenti prosperitatem! (*ad Numida*) Accipe hoc aurum! Est tuum! Olympio nuntium afferre festinabo. Remane, Ascani! Metranus insidias ponat in palatum meum! (*abit*)

NUMIDA. —(*monstrat et elevat laetus marsupium*) Et ego redibo in cauponam meam vinariam! (*abit*)

SCENA OCTAVA

METRANUS, ASCANIUS cum duobus servis

METRANUS. —(*ad Ascanium*) Omniae parata sunt?

ASCANIUS. —Attende, quaeso, paulisper! Et servi?

METRANUS. —(*se convertit ad partem scaenae extremam*) Exite! (*duo isti viri progrediuntur*) Vir quidam cum puero huc adveniet; non ignoratis, quid vobis sit faciendum. Huc vos abscondite! (*duo isti viri se abdunt post sinistros scaenae parietes*) Nihilne tibi dixit Saturnius, nihilne dixit?

ASCANIUS. —Saturnius te exspectat in suis aedibus.

METRANUS. —Abeamus! (*eunt ad partem scaenae extremam et consistunt*) Audio gradus... video taedam! Oil sunt excubiae! Nos recipiamus! (*se abdunt ad*

partem dextram frontis scaenae. Servo taedifero precedente transeunt centurio et quattuor milites tardi et taciti scaenam a parte dextra ad laevam. Tunc Metranus et Ascanius caute reveriunt) Metranus. Abieruntne?

ASCANIUS.—Maneto! Jam sunt media in via... consistunt... devertuntur in viam transversam... nunc evanuerunt.

METRANUS.—Ergo quam celerrime festinemus ad palatium, Saturnii (*abit cum Ascanio*)

SCAENA NONA

CAECILIUS et OLYMPIUS

CAECILIUS.—Magnificumne erit festum
hac nocte?

OLYMPIUS.—Splendidissimum. Haec
atria ampla et illuminata, symphoniam,
cantum, numerosos pedisequos
senatorum et muneri aulico praefectorum!

CAECILIUS.—Et Imperator? Dicunt mihi
esse benignissimum et familiarissimum
patri meo.

OLYMPIUS.—Hoc est verum. Theodosius
est gloriissimus ac nobilissimus omni-
um principum. (*circumspicit*) Sed
ubinam sunt servi mei? Una cum lec-
tica hic eos exspectare jussoram. For-
tasse... exspecta, quaeso, paululum.
(*se recipit paulo retro et plaudit mani-
bus. Duo servi prosiliunt. Olympius digi-
to monstrat puerum, quem impetunt ser-
ri isti. Caecilius clamorem edit; servi ob-
cludunt os ejus et abripunt eum. Quo
facto abit Olympius*)

SCAENA DECIMA

CENTURIO.—(*Morula. A laero latere excubiae festinanter appropinquant. Centu-
ria exspectat ad regionem, quo Olympius aufugit) Vox pueri!... Vir, qui in obs-
cura aufugit. Sequimini mel (*Omnes
centurionem subsequuntur. Aulaeum pre-
mitur*).*

ACTUS TERTIUS

SCAENA PRIMA

NUMIDA.—(*solas. Apparatus scaenae ut in
actu primo*) In palatio discurrent om-
nes. Servi alii alibi investigant et inda-
gant puerum. Dominus est in bibliotheca,
quo centum fere equites et pa-
tres conveniunt dolores ei declaraturi.
Machina perfecta est profecto arte ad-
mirabili. Numquid suspicionem habe-
bit de me? Metranus hodie mihi ostendet,
quomodo instituere possum fu-
gam. (*meditatus*) Num fugiam manibus
vacuis? In illo armario domini aurum
est clientibus distribuendum; nonne
possum? .. Nemo suspicabitur mel
Aude! (*adit et aperit armarium, unde
captat marsupium*) Abdamus mummos.
(*circunspicit*) Nemo me animadvertis.
Post nonnulla temporis momenta, li-
bertatem et opes... At si reperire?
Tunc extrema conabor... Ah! hoc te-
lumi (*extrahit et vibrat sicam*) Sed ecce
venit quispiam!... Est Italicus... dum-
modo eum suffocare possem... sed
agamus paululum... comoediā! Vae
tibi, Numida, repertol (*considit in scam-
no, faciem obducit manibus, positis cubi-
tis in genibus; se flere simulat et voce te-
nui exclamat*): O Caecilium lamentan-
dum!

SCAENA SEGUNDA

NUMIDA, ITALICUS

ITALICUS.—(*intrans considerat Numidam;
secum loquitur*): Se flere simulat, an
fleat vere? (*voce clara*) Numida!

NUMIDA.—(*non surgit*) Quid est?

ITALICUS.—Quid agis hic?

NUMIDA.—Lassus sum ac defatigatus dis-
currendo, ut nuntios audiam de Cae-
cilio amissō.

ITALICUS—Quis hoc putaret! Post tales
solemnitates nunc dies atī!

NUMIDA.—Res ruit in pejus! Vicitudines
miserandas! (*terit oculos manibus*) Et
dominus?

ITALICUS.—Dolor est vehementior quam ut saltem una lacrima venerit in ejus oculum. Nocte praeterita non iit cubitum; sed inclusit se in cubiculum filii, ubi eum adsiduis precibus addictum vigilasse suspicor.

NUMIDA.—O dominum miserandum! (*interum extergit oculos, secum loquitur*) Cognoscere velim. quid sentiat. (*voce clara*) Sed repertumne est adhuc nihil?

ITALICUS.—Nihil; omnia involuta jacent tenebris arcanis.

NUMIDA.—(*cogitabundus surgi*) Sed aliquid suspicionis exortum esse arbitror.

ITALICUS.—Nihil id genus, Hoc unum dixit janitor; Caecilium cum illo comite ad forum versus abisse. Nihilne tu ipse animadvertisisti in illa parte urbana?

NUMIDA.—(*secum loquitur*) Ahal (*voce clara*) Egone? Illa vespera forum adii minime.

ITALICUS.—Attamen te, quotienscumque tibi exire licuerit, vesperas in illius regionis cauponis vinariis degere alii servi contendunt.

NUMIDA.—(*secum loquitur*) Num suspicionem habet de me? (*voce clara*) Saepius justo; sed fortuito (*suspirat*) illa vespera exceptit regulam properans non in cauponam, sed in basilicam Lateranensem Imperatoris causa videnti, qui a multis stipatus, postquam Siricum pontificem Maximum convenit, revertebatur (*secum loquitur*) Nunc tertium sciscitatur me haec vipera! Diis gratias, quod utor memoria rerum tenaci!

ITALICUS.—Et quid tute arbitraris de illa rapina?

NUMIDA.—(*tardus reddit ad suam sedem*) Arbitror... arbitror... Caecilium miserum!... patrem miserum! (*simulans*) Si servare possem filium et consolari patrem, laetus traderem sanguinem!

ITALICUS.—Num te verum dicere credere mihi licet? Tanto amore hujus familiae nobilissimae te inflammari putavi nunquam.

NUMIDA.—Haec locutus me offendis ac laedis. Nigritam me esse concedo; ast

in me est animus..., animus tam humanus .. (*vehementissimo dolore se affici simulat*) Caecilium miserandum! Adamabam eum. Dominus tamen verbis me increpat, quando me cum eo interdum conloquentem invenit. Uti nam nocte praeterita domi manserim!... animo crucior de eo recordatus. (*manibus faciem obtegit*)

ITALICUS.—(*inter ultima Numidae verba conversus ad Probi conclavia Numidam subito interpellat*): pst! Dominus venit huc. (*se recipit paululum*)

NUMIDA.—Dominum miserum! (*se abdit*) Attende, Numida! (*abit*)

ITALICUS.—(*prodit in medium scaenae partem et observando Numidam abeuntem secum loquitur*): Num dolorem ejus censeam esse sincerum?

SCAENA TFRTIA

PROBUS et ITALICUS

(*Probus in cogitationibus defixus, postquam intrarit, in sede curuli considit tarde. Italicus interea Probum veneratus in sua statione manet immobilis*)

PROBUS.—Italice!

ITALICUS.—Mi domine. (*accedit ad eum*)

PROBUS.—Dic mihi, num aerumna mihi accidere potuerit funestior! Ubi nunc es, Caecili, mi Caecili? In omnium patriciorum aedes dimisi nuntios; amicis familiaribus mandavi, ut omnibus locis publicis percontarentur; adii praetorem qui magistratus inquisitiones et indagationes subtilissimas instituere jussit. Supplex adii Imperatorem, qui cursores atque excubias ad Ostiae portum et omnes urbes vicinas cum mandatis gravissimis illico emisit. At omnia adhuc frustra... omnia frustra! Hoc haesitare in dubitationibus acerbissimis horribilis est morte ipsa.. Patrem non esse censeo eum, qui annum meum tam dire vexet atque cruciet... Et quis erit? (*cogitat meditabundus*) Nihilne reperisti Italice, quo verum possimus invistigare?

(*sequeitur*)

Horatius et Vergilius

Hujus vis, qua exempla nonnunquam
futilia per novum propriumque adflatum
in sublimem poesim Vergilius mutare sit
solitus, unum exemplum in medium ad-

Invita, oh, regina, tuo de vertice cessi,

invita: adjuro teque tuumque caput!

(CXVI, 39-40)

cum querelis Aeneae ad Didonem in inferis:

Funeris heu! tibi causa fui? per sidera juro,
per superos, et si qua fides tellure sub ima est,

invitus, regina, tuo de litore cessi!... (Aen. VI, 458-460)

Hinc puto vim totam argumento
Brakman eripi. Et cum aliunde rationes
historiae, quamquam certae nullo modo
dici possint, antecessioni Horatianae ta-
men aperte faveant, quandoquidem Epo-
dus vix concipitur scripta, nisi ante
Brundusinam pacem, Ecloga vix nisi post
eamdem, satius erit, donec aliud demon-
stretur, primas partes quod ad tempus
Horatio dare. Quod si quis aliter sense-
rit, sibi tranquillus placeat; nec enim
huic adffirmationi nimium haeremus, nec
eam pluris facimus, nam nec res tanti
momenti est, cum nec alterum vatem ni-
mium extollat, nec alterum vel minime
deprimat.

Alius tamen fructus ex tota hac dis-
putatione colligi potest, isque multo ma-
joris pretii, ut nimirum in intimorem
utriusque poetae cognitionem per com-
parisonem Eclogae cum Epodo deveniam-
mus. Sive Epodus respondeat Eclogae,
sive potius Ecloga Epodo, nihil ad rem
attinet, certum est alterum poema res-
ponsionem esse poemati alteri et eam
quidem responsionem quae, circa mate-
riam eamdem, mentem revelet undequa-
que diversam. Quid hac oppositione erui
potest?

ducam, non quia splendissimum, sed
quia breve et evidentissimum. Compara
scilicet Catullianum illud *De Coma Be-
renice*:

Invita, oh, regina, tuo de vertice cessi,

invita: adjuro teque tuumque caput!

(CXVI, 39-40)

Videmus quidem, ex duobus poetis
aequalibus, in aestimando statu rerum
publicarum adeo fluxarum ac minantium,
ut neque spes ulla certa salutis concipi
posset, nec quis tandem impendentium
periculorum futurus esset exitus, cum
ageretur de remedio quaerendo pro tam
intolerabili calamitate publica, —pro
everso saeclo, ut oravit Vergilius, (Geor-
I, 500), pro ruentibus imperi rebus, ut
cecinit Horatius, (I Carm. 2, 25-26)—,
istum se ad humana remedia, etiam desperata,
contulisse, Vergilium ad divina,
etiam portentosa. Spem Horatius ponit
in fuga melioris partis Populi Romani
ad insulas beatas; Vergilius in nova
quadam progenie de caelo demissa. Ho-
ratius putat Romam ex se ipsa alio loco
renasci posse; Vergilius id tantum sperat
a puero qui sit cara deum suboles, mag-
num Jovis incrementum. Horatius tenet
arpa beata, parata jampridem a Jove, a
piis arripi posse pro suo lubitu; Vergi-
lius promissam felicitatem non exspectat
nisi sub eo puero, sub quo ferrea primum
desinet, ac toto surget gens aurea mundo.

Objici forte possit Epodum non ap-
tari nisi uni momento, ut ita dicam, vi-
tae Horatii, nec referre nisi quod in su-
bita eaque fugaci desperatione effuderit

impotens sui. Verum equidem; et postquam ad Augusti partes transiit, tantam exhibuit semper fidem in fortunam Populi Romani, ut potius mirandum videatur quod Epodum XVI ab operibus posteritati transmittendis non deleverit.¹ Sed quamquam haec ita sint, mens quae huic poemati praesidet, mutato quidem affectu a desperatione summa in summam confidentiam, mens, inquam, immota manet: rerum patriae columen ac decus semper in hominibus posuit Horatius, etiam cum verbis videatur, ut in carmine 2 Libri I, deos invocare. Veram orationem qua remedium humanarum calamitatum a diis exposcat non facile in Horatio reperies.

E converso Ecloga summam continere videtur vitae Vergilii; spem in ea expressam enuntiare dixeris totius operis Vergiliani «spiritum». Quamvis et ille Augustum salutaverit et agnoverit ut instrumentum ad supremum bonum pa-

cis, at eum, in splendida vaticinatione Anchisis Libro VI Aeneidos (vv. 789-805), aperte vocat instrumentum divinitus datum, pro eo oratione, ea quidem vera, deos omnes adprecatur sub fine Libri I Georgicon (vv. 498-514). Remedium ruinae, salutem publicam et perpetuitatem pacis semper ut donum a Deo postulavit, accepit, praedicavit.

Versuum collatione concludam, quae, cum nihil ex sese probet, digna tamen est ut illustrationis gratia, non probatornis, proferatur, quia bene rem ob oculos ponit, quam postrema hac argumentatione expandimus. Sunt duo loci, ex carmine 7 Libri I, vv. 30 et 31 alter, alter ex Libro etiam I Aeneidos vv. 198 et 199, quibus quid intimo animo repositum habeat, uterque poeta videtur nuditateque prodidisse. Nam Teucer Salminus hac voce nautas suos exilii socios compellat:

*Oh fortes pejoraque passi
mecum saepe viri!*

suos vicissim Aeneas, qui sibi tempestate relikti fuerant:

*Oh socii (neque enim ignari sumus ante malorum)
oh passi graviora!*

Sed Horatianus Teucer concludit:

Nunc vino pellite curas!

Vergilianus Aeneas:

Dabit Deus his quoque finem!

A. ESPINOSA, S. J.

Ex Collegio Cotocollaensi ad Quitum, in Aequatore

(1) Sed cf. Olivier, op. laud., pp. 93-95.

Admodum R. P. Francisco Broto

S A L U T E M⁽¹⁾

*Sis felix nostras fauste qui adveneris oras
 Munere functurus Praesulis atque Patris.
 Ore tibi laeti ferimus, Francisce, salutem;
 Aeternas Superos corde precamur opes.
 Cui modo supremum vale magna Columbia dixit
 Argentina soror porrigit alma sinus.
 Dux jubet ab Roma, dux noster in orbe supremus,
 Te monet atque alibi pondus adire grave.
 Fas caram est terram linqui, fas cernere nunquam
 Forsitan a teneris sidera nota tibi;
 Tu Crucem at Australem facibus mirabere pictam
 Nostro quae rutilans imminet alta polo.
 Illic frugibus alma et montibus ardua tellus,
 Hic sed in immensum pinguis rura patent.
 Phoebus perpetuis ardens illam ignibus urit,
 Mitior huic solis temperat aura focos.
 Deseris illa furentibus aethere flumina nimbis
 Murmure quae rauco fracta per arva sonant.
 Hic lentos latique videbis tramitis amnes
 Qui pacem nobis voce silente canunt.
 Devinctos fraterno linquis amore sodales,
 Ast tibi progeniem Virgo benigna parat
 Ducendam qua vitae semita pandit aperta
 Claret qui toto fulgidus orbe nitet.
 Sis felix, Praesul noster, Francisce, Paterque;
 Cuncta tibi reddat prospera facta Deus.
 Te alite Rectorem excipit Argentina secundo,
 Et tibi pro amissis pectora nostra manent.*

Ludovicus Marcos, C. M. F.

*Villae Rosarii in Argentina
 Kalendis majis, 1936.*

(1) Poetae verbis salutant te ex animo cum Palaestrae Latinae moderator tum omnes Argentini alumni qui apud eum sunt. E. J.

Horatius doctis viris crebrius est in ore

Jam ceteri PALAESTRAE LATINAЕ conscriptores calamos suos atque ingenia in Horatio laudando admoverant, neque quidquam ipse de eo lectoribus tradideram, cum nihilominus huic tanto Magistro litterarum Latinorum, certe magisterii ratione, mihi viderer summopere obstrictus. Quid sumerem dicendum aut quid praeterirem in laudem bis millesimi anniversarii Horatiani mecum diu haesitans volutavi. Tandem in mentem venit illud latius exponere quod perstrinxerat tantum Avenarius, amicus ille meus: «Nemo poeta aliis doctis viris totiens est in ore». Quod ille igitur breviter, allatis nonnullis effatis communiter apud viros litteratos acceptis, ipse confirmare tentabo compluribus aliis adductis atque explicatis, quae si proverbiorum honore non gaudent, eorum fines attingant. Epistula autem ad Pisones quae totum litterarum Horatianarum opus coronat, fons est hujusmodi dictorum adeo fecundus ut, posteaquam illud exhausero, plane mihi non liceat per lectors ad alios venire eosque itidem exsugere. Incipiam igitur ab ea tabula quae enormitate sua mirabiliter proposita ad omnes pervenit mentes mediocriter saltem excutas.

Igitur Horatius tabulam descriptsit capite femineo, cervice equina, corpore plumis variis obducto ex membris undique collatis, cauda demum pisciformi. Ante eam adducit adulescentes Pisones, eisque ait, non imperativo modo ut quidam volunt, sed potentiali: *Risum teneatis, amici?* (5). Est autem qui res propnat satis difficiles atque improbabilis ex-

itus? Eas *aegri somnia* (7) vocamus. Quae si praeterea nullo ordine et magna obscuritate proponantur: *nec pes nec caput* (8) inest —inquimus— consilio tuo. Quis hujusmodi dicta ab adulescentia non audivit.

Pictoribus atque poetis / quidlibet audendi semper fuit aequa potestas (9, 10): en tibi excusationis propera ratio qua non semel abutuntur tirones, cum majora sunt ausi quam erat aequum. Praeceptor autem excusationi statim succurrit pulcherrimis illis comparationibus quas continuo tradit Horatius: *Ne serpentes avidus geminentur, tigribus agni* (13). Solent etiam tirones rebus de quibus agitur margaritas litterarias impingere hinc inde collectas, nulla earum facta selectione, neque opportunitate adhibita. Tum eis magister in mentem adducit illud Horatii: *Non erat his locus* (19). Qui autem propositum sibi finem temere dereliquit et ab incepto imprudenter discessit aliis illectus rebus, eum mirifica allegoria ab Horatio desumpta vituperamus: *Amphora coepit / institui, cur urceus exit?* (21, 22). Si quidquam laude dignum perficere volumus, cognitum praeceptum prae oculis semper habeamus minime transgrediendum: *Sit quidvis simplex dumtaxat et unum* (23).

Plura sunt quibus mentis oculi haud satis perscrutati praestiguntur; postea vero fortassis inviti fateri cogimur: *Decipimur specie recti* (25). Est enim qui nimium studeat esse brevis, at res obscure producat: *Brevis esse labore, obscurus fio* (25, 26). Qui magna dicere profitetur

turgidine saepe vituperandus evadit: *Professus grandia turgent* (27) quia *Dolphinum silvis appingit fluviis aprum*. (30) Sed sicut tutus nimium esse neutrum oportet, sic neque nimium timidus, nam *Serpit humi tutus nimium timidus que procellae* (28).

Cum quis in rebus gerundis id praeferat quod erat caput *Infelix operis summa* (34) dicitur, sicut ille faber imus qui circa Aemilium ludum officinam instituerat. Nihil nobis potius videndum, antequam quicquam suscipiamus, quam illud quod ex Horatio discipulis adeo commendant ubique praeceptores: *Sumite materiam vestris aequam viribus* (38, 39). Certum est etenim quod continenter addidit summus ille Magister: *Cui lecta potenter erit res, nec facundia deseret hunc nec lucidus ordo* (41).

Apud optimos cujusque linguae scriptores acceptum est ut proverbium omni aestimatione dignum: *Licuit semper que licebit / signatum praesente nota producere nomen* (58, 59). Utinam ea facultas adeo liberaliter ab Horatio concessa minime coartaretur inanibus criminacionibus eorum qui linguam Latinam potius confidere velle credas, quam perficere. Mirandum etiam et memoria retinendum, cum loquitur de mutabilitate verborum, effatum adeo breviter atque serio dictum, quod neque brevius neque exactius dicere quis queat: *Debemur morti nos, nostraque* (63). Usui autem in omnibus fere rebus principatum tribuimus quem dedit Horatius in vocabulis configendis: *Quem penes arbitrium est et jus et norma loquendi* (72). Quis de re jamdiu disputata, neque sententiis in alterutram partem definita, repeteret non audivit: *Adbuc sub judice lis est?* (78).

Ne frustra in aliis mentibus eos animi motus ingerere tentemus quibus nos esse destitutos agnoscimus recordamur Horatii praeceptum: *Si vis me flere dolendum est / primum ipsi tibi*, (102, 103) nam: *Ut ridentibus arrident, ita flentibus adflent / humani vultus* (101, 102). Interdum contingit ut de rebus notissimis oporteat agere, quis est qui audeat eas proprie ac delectabiliter exprimere? Qui in illis exprimendis eam difficultatem experitur ut ab incepto desciscere cogitet, illud solaci ergo in mentem revocet quod Venusinus scriptum reliquit: *Difficile est proprie communia dicere* (128). Contra ea, postquam summa adhibita cura res oculis contemplantium manifestatur quidem jucunda, nullis tamen praestringentibus gemmis, sunt qui credant nullius esse negotii, eamque fidenter aggrediantur. Tum vero experientia comprobant quam sit verum illud: *Sudet multum frustraque laboret / ausus idem*.

Homines de se maxime gloriantes tubis atque sonitu magna promittunt exsequenda. Cum autem ad negotium venerunt falsa spe exspectatores decipiunt, quos vicissim irridemus ea exclamacione Horatiana: *Parturient montes, nascetur ridiculus mus*, (139) vel dicimus cum amicis: *Quanto melius hic qui nil molitur inepte* (140). *Orditur ab ovo* (147) qui res a longe repetit ita ut lectorem ad propositum venire plus justo retardet. Praeceptum etiam in nullis operibus oblicationi dandum illud est quod magistri perpetuo repetunt discipulis quos in litteris informandos suscepserunt: *Primo ne medium, medio ne discrepet imum* (152).

De puerō saepe id audies, quod *Mutatur in horas* (160); de adulescente quod est *Cereus in vitium fleti* (163); de viro

quod *Quaerit opes et amicitias, inservit honori* (167); de sene vero quod est *Laudator temporis aeti / se puerō* (174). Tractus hujusmodi in vulgus acceptos ut indoles cuiusvis aetatis quodammodo notaretur tradidit etiam Horatius.

Ut oculorum praestantia p̄ae aliis sensibus ostenderetur in motibus animi excitandis abiit etiam in proverbium: *Segnius irritant animos demissa per auren quam quae sunt oculis subjecta fidelibus* (180, 181). Eos qui res efficiunt, sed minime perficiunt, cum Horatio hoc modo reprehendimus: *Vitavi denique culpam, non laudem merui* (267, 268).

Nihil ad recte scribendum adeo confert quam adsidua optimorum scriptorum lectio tam in propria lingua quam in aliena. Ideo adolescentibus Pisonibus id consilii tradidit Magister ea sententia adeo trita atque pervulgata: *Vos exemplaria Graeca / nocturna versate manus versate diurna* (268, 269). Quis, impeditus ab officiis obeundis alios ea perficere docens, nesciat repeteret: *Fungar vice cotis* (304). In ore habent etiam praceptorum illud effatum discipulorum mentibus infigendum: *Scribendi recte sapere est et principium et fons* (309), et solent eos hortari ut nunquam in manus sumant calamos nisi re mente diu perpensa, atque exagata hoc modo: *Verhaque provisam rem non invita sequentur* (311). Res in quolibet genere praecellens dicitur esse *Linnenda cedro et levi servanda cupresso* (332). In praceptorum tradendis quae memoriae cupimus ut penitus insideant, id meminimus: *Quidquid praeclipes esto brevis* (335). Iis autem qui cum Musis familiaritatem consequantur, ne earum indignationem incurvant, id animadverten-

dum: *Fit̄a voluptatis causa sint proxima veris* (338). Oportet autem in negotiis perficiendis, dum quis utilitatem persequitur, jucunditatem animi minime neglegat, atque hoc modo opera perfecta evadent; quam ob rem dixit Horatius: *Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci* (343). Ut non licet nimia severitate in culpas haud omnino vitandas, quia ad nihil conductit; quare qui, post impensam sollicitam in negotiis operam, videmus ea nondum evasisse ex sententia, vituperatori dicimus cum Horatio: *Sunt delicta quibus ignorisse velimus* (347) aut illud: *Non semper feriet quodcumque minabitur arcus* (350).

Non censeo praetereundum aliud Horatianum dictum quod apud vulgus dissimili usurpatur sensu atque illo quem habet apud Horatium: *Quandoque bonus dormitat Homerus*, quasi illud quandoque significaret interdum, quod non est ita. Ille enim id significare vult quod sibi ipse succenseat quotiens Homericum legendo, in quo fere omnia magno fulgent splendore, quaedam invenit tanti hominis haud satis digna: *Idem / indignor quandoque bonus dormitat Homerus* (359). Fieri potest ut quaedam, imo et plura, fiant apud homines non omnino accurate, id est, relativa quadam, ut ajunt, perfectione in medium proponantur; ita enim sunt mortales ut aut nihil agant aut ea imperfekte fere agant, quod est quidem communiter ferendum: *Certis medium et tolerabile rebus / recte concedi* (368, 369). Poetae tamen aut perfecti sunt aut non sunt eo nomine digni: *Mediocribus esse poetis, / non di non homines non concedere columnae* (373). Inutile autem esse contra vel supra proprium ingenium

(1) Siempre y cuando.

contendere declaravit Horatius eo totiens repetito communiter versiculo: *Tu nihil invita dices faciesve Minerva* (385). Antequam publico lucubrationes nostras tradamus exquisita cura emendare oportet, sero enim paenitentiae non erit locus, ait enim Horatius. *Nescit vox missa reverti* (390).

Qui magnum opus confecit quod et multo tempore constitit et labore, hic: Sudabit et alsit; si fortia quis facit et patitur, indubitanter: Abstinuit venere et vino (413, 414).

Si nolumus nos esse postremos in aliquo rerum genere cum pueris Romanis invicem contendentibus repetimus: *Occupet extremum scabies* (416). Si vero negotium suscepimus, neque ullo modo credimus esse relinquendum, quamquam difficultatibus undique premamur: *Mibi turpe relinquere est* (416).

Probamus amicorum facta tribus illis adverbii: *pulcre, bene, recte* (428), quibus Horatius ostendit pro iustitia quantum valeat saepe benevolentia. Quanam comparatione rectius simulatam agendi rationem patefacies quam ea: *Ut qui conducti plorant in funere?* (431), nam ut etiam scripsit Horatius: *Derisor vero plus laudatore movetur* (433).

Quae nostra sunt a nobis diliguntur ut filius a patre, neque facile ea credemus mendis foedata. Tunc nobis est objiciendum illud: *Nunquam te fallant ani-*

mi sub vulpe latentes (437). Magistrum severum qui nihil parcit discipulis sibi ad institutionem traditis Aristarchum vocamus, quia nobiscum, *Fiet Aristarchus*, ut censor ille ineluctabilis qui *Nullum verbum aut operam sumebat inanem* (443).

Malus poeta: *Sublimes versus ructatur et errat* (457) quamobrem: *Vesanum tetigisse timent fugiuntque poetam / qui sapiunt* (455), contra autem: *Agitant pueri incautique sequuntur* (456). Diffile est autem ut malus poeta officium suum relinquendum sibi suadeat. Tandem cogimur de salute ejus atque fama despicere et dicimus cum Horatio: *Sit jus licetque perire poetis* (466). Ad alios etiam transferimus ea omnia quae de malo poeta adseruit Horatius, praecipue illud: *Indoctum doctumque fugat recitator acerbus* (474), atque homini importuno illud adipicamus: *Non missurā cutem nisi plena cruoris birudo* (476).

Haec quae modo ex epistula Horatii ad Pisones desumpsi exempla, satis quidem vulgata, rem ab initio mihi propositam insigniter commonstrant. Ea ex aliis ejusdem poetae operibus, praesertim epistulis et satiris multiplicare possum, sed noctuas Athenas mitterem. Igitur Horatio familiariter utuntur seu in ore habent eum omnes homines mediocriter saltem eruditii, vel ex se vel ex auctoritate aliorum Horatiana dicta usurpantes.

EMMANUEL JOVÉ, C. M. F.

Laudes Horatianae

EX OMNIBUS HORATII METRIS DIGESTAE

*Me, sine, HORATI,¹
Hanc quibus usus eras²
Metris, texere laudem.³*

*Laurus nulla perennior⁴
Qua tua Melpomene redimivit⁵
Tempora; tu nulli vatum concedis honore,⁶
Quin suas victi tibi⁷
Cuncti coronas deferunt.⁸*

*Oscura plerisque umbra texit⁹
Nomen; tuum vero perire nescium¹⁰
Aeterna vivet saecula excolendum.¹¹*

*Pergis tu digito praetereuntium¹²
Omnium princeps lyricen notari.¹³*

*Almo fuisti carus Apollini¹⁴
Ipse Heliconis ad arduum egit¹⁵
Secum te usque apicem quem tetigit nemo propinquius¹⁶*

*Te canit universus¹⁷
Orbis et plaudit jubilans; effugiet superstes¹⁸
Libilitinam tua fama, et licet ille¹⁹
Fractis cardinibus ruerit, tibi stabit usque fixum²⁰
Quod tibi tu monumentum exegeris firmissimum;²¹
En VICIES SAECLI fugae restitit incolume!²²*

Leander Fanlo, C. M. F.

(1) Metrum Adonicum (Exemplum in I, 2); (2) Trimetrum dactylicum catalecticum (I, 5); (3) Pherecrateum (I, 5); (4) Glyconeum (I, 5); (5) Alcmanicum (c I, 7); (6) Hexametrum (in Saturis et Epistulis); (7) Dimetrum trochaicum catalecticum (II, 18); (8) Dimetrum iambicum (ep 1); (9) Alcaicum eneasyllabum (I, 9); (10) Trimetrum iambicum (Ep. 1); (11) Trimetrum iambicum catalecticum

(II, 18); (12) Asclepiadeum minus (I, 1); (13) Sapphicum minus (I, 2); (14) Alcaicum hendecasyllabum (I, 9); (15) Alcaicum decasyllabum (I, 9); (16) Asclepiadeum majus (I, 11); (17) Aristophanicum (I, 8); (18) Sapphicum majus (I, 8); (19) Jonicum (III, 12); (20) Archilochium majus (I, 4); (21) Elegiambicum (Ep. 11); (22) Iambelegicum (Ep. 13).

Bibliographia

L. Hjelmslev. — *La catégoire des cas.*

Etude de grammaire générale. première partie. — Copenague, 1935.

Intimam casus structuram ejusdemque essentiam investigare, en scopus quem aggressus est hujus libri auctor. Quaestionem maximi esse momenti nemo est qui ignoret inter eos qui grammaticam et linguisticam colunt. — Lectoribus et eruditis exponit suum concipiendi modum grammaticam generalem, quam jam a Graecis male structam ostendit; historiam deinde theoriae casus apud Graecos, Latinos, medii aevi auctores et hodiernos profert, defectus pariter ac laudes cujusque systematis et sententiae promens. Inter hodiernas theorias computatur: Indo-europaea (?), localis anti-localis, semi-localis et panchronica, quae omnes sedulo perpenduntur ac discutuntur. Postulata quaedam ad solutionem quaestionis admittit cl. auctor ad tempus, eorumque ope solutionem quaerit; plura rejicit quae ex traditione acceperimus ut distinctionem inter casus *rectos* et *obliques*, rejicit pariter de numero casuum *vocativum*; impense tandem operam dat ut vera casus significatio dignoscatur. — Duae afferuntur in fine operis linguae quae summum casum numerum habere videntur, quarum alia — Tabassaran appellata — 52, alia vero Lak 48 casus continet. — Non nulla in opere aliquatenus obscura et impervia inveniuntur sive ex defectu definitionis quorundam verborum, sive eo quod nec apud manualia linguisticae lexica quaedam reperiantur, ut ea quae de *dimensione* casum. — Huic thesi specialis subsequetur de *casu Latino* elucubratio, quam vehementer spenctant lectores «Palaestrae Latinae».

J. Marouzeau. — *Traité de stylistique appliquée au latin*, Les Belles Lettres, Paris, 1935, p. 329.

Nomen et titulus quo liber inscribitur respondet certe doctrinae in eo traditae

de principiis *stilisticae* generalibus et in primis Latinae, ac famae pariter clarissimi auctoris. Plurima sane scripta sunt de *stilistica*, sed magna usque adhuc intercederat apud auctores controversia de situ et momento hujus novae scientiae. Cl. Dnus. Marouzeau ea, qua imbutus ostenditur in suis operibus de Latino sermone, accurata doctrina et scientia, eoque praeclaro ingenio —ad generalia statuenda principia ac fundamenta scientiarum—, summo auctoratis pondere fines hujus scientiae ejusdemque objectum describit. In ea scientia investiganda primas esse tribuendas ei qui loquitur vel scribit demonstrat, ibique *stilisticam* invenire ubi selectionem formarum seu loquendi modorum invenire possit. Quo pondere certoque judicio afferuntur ac ponderantur omnes sermonis partes quae selectionem admittere possunt ideoque et *stilisticam* constituunt atque complectuntur! En praecipuas operis divisiones: «*Les Sons*: Aspect oral de la langue, valeur des sons, répartition des sons, accent et intonation, rôle de la quantité; *Le Mot*: Physiologie du mot, consistance du mot, constitution du mot, sens et valeur du mot, qualité du mot, tons et genres, conditions d'emploi; *La Phrase*: Style et syntaxe, rôle du signe syntaxique, doublets syntaxiques, construction syntaxique de la phrase; *L'Enoncé*: Groupes de mots, rencontres et répétitions, structure rythmique de la phrase et du vers, ordre des mots». Quibus notae non nullae subsequuntur aptissimae ad veram notionem *stilisticae* dignoscendam. In toto opere mirari licet certe singularem auctoris de rebus Latinis usum, eamque textuum novam ac strictam interpretationem, copiam exemplorum et factorum quae omnia accurate perpenduntur ut vera *stilisticae* natura facile lectoribus aperta fiat.

Opus completur indice rerum ac locorum, qui maximo commodo studiosis esse poterit — J. M.^a Mir, C. M. F.

Benedictus Henricus Merkelbach,

O. P. — *Summa Theologiae Moralis, Tomus secundus*. Editio altera. 1936. Paris (VII). Desclée de Brouwer et Cie. 76 (bis) Rue des Saints Peres.

In hoc volumine clarissimus Professor Theologiae Moralis in Urbe apud Angelicum de instrumentis agit ad ultimum finem obtinendum, sc. de virtutibus cardinalibus atque annexis una cum actibus, praceptis, donis ad eas pertinentibus, omnia secundum ordinem et dispositionem et sapientem doctrinam Divi Aquinatis Cum autem haud paucae sint positivi juris praescriptiones siue ecclesiastici sive civilis pree oculis habendae de rebus in hoc volumine explicatis, eae clarissimum auctorem minime praetereunt, imo satis ille immoratur in iis maxime quae jus Gallicum spectant eo quod plurimarum legislatiunum recentium extiterit exemplar. Haec igitur percurrit longe lateque clarissimus auctor, idque pede certo juxta normam Angelici sibi propositam, ejus mentem explicans nitido florentique sermone quo fit ut misceat utile dulci. Post generalem introductionem loquitur cl. auctor in primo tractatu de prudentia cum virtutibus annexis, id potissimum exponens in hac parte quod ad conscientiae formationem spectat, atque illud consilio satis ponderato evolvit. In altero tractatu in quo longe et competenter disputat quod pertinet ad justitiam in genere atque etiam in specie, sc. ad justitiam legalem, commutativam et distributivam. In hac autem Socialismo 28 paginas tribuit de cuius recentibus speciebus agit: de socialismo status, de socialismo agrario, de collectivismu seu de Marxismo, de syndicalismo ejusque causis et historia, et postquam socialistica principia proligavit duplum scopulum vitandum aperit, sc. individualismum et collectivismum, quibus malis accedunt remedia ad praesentem memoriam quae ex Encyclicis Leonis Papae XIIII desumuntur. Quem tractatum, qui jure tertia pars est totius libri, ad finem perducit

agendo de virtutibus annexis. Continuo duos postremos aggreditur tractatus, quorum unus ad fortitudinis virtutem destinatur, alius vero ad virtutem temperantiae, alterutram virtutes connexae comitantur. Duo indices consequuntur alias alphabeticus, adeo completus ut triginta paginas textus complectatur ac proinde quamcumque consultationem facere velis mirifice facilem reddat, subinde index analyticus venit. Id tandem dicendum censemus: competentissime ordinate et perspicue totam evolutam esse materiam in volumine Theologiae Moralis quod scripsit nobilis ille Professor O. F. P. Merkelbach, qui ideo nulla quidem obvolutus umbra inter clarissimos de re morali auctores honoratus incedit. Quibus omnibus hoc adde quod praestantissimae sunt hujus libri condiciones typographicae ita ut lector magis exactior nihil desideraverit et optimus evadat in aulis discipulorum textus qui etiam duplice typorum genere quid magis necessarium sit, quid minus distinguere valebunt.

JOHANNES BUXÓ, C. M. F.

Villien. — *Histoire des commandements de l'Eglise*, I vol. in 12-357 p. 3.^e édition. 16 fr. Gabalda, rue Bonaparte, 90, Paris.

Si quis praesentem editionem «complete recognitam» cum priore compare velit, opellam jam satis concinnam, multo meliorem factam esse fateri debet.

Non modo ad Codicis Juris Canonici normas omnino aptata est, verum copiosae cuiusvis generis indicationes adduntur quae pleniores immo fere exhaustricem tractationem reddunt. Omnia documenta, quae, quoquo modo, Ecclesiae mandata attingunt, collecta et clare discussa hic invenies sicut ceteras de re eadem historicas et dogmaticas quaestiones.

Villam. — *La vie de Jésus dans le pays et le peuple d'Israël*, 1 vol. in 8.^o

532 p., 25 fr., 27 fr., 50 franco. — Editions Salvator, Mulhouse-Haut Rhin.

Quod ab omnibus jam expectabatur, immo exoptabatur, in lucem nunc prodit. Maxime enim hisce postremis temporibus versio desiderabatur illius tam celebrati operis quod germanice edidit Dr Villam sub titulo: *Leben Jesu im Lande und Volke Israel*. Vix quisquam in litteratura religiosa talem unquam exitum habuit liber ut tribus tantum annis quattuor prodirent editiones, pluresque in diversis linguis pararentur versiones. Et hoc revera faciliter obtinuit opus Dris. Villam, cuius cito prodibit versio Anglicæ, Hispanica, Hollandica, Hungarica, Italica, Sinensis Niponica et nunc nunc, prima omnium, apparet Gallica.

Forma simplici, absque ullo citationum munito, hoc opus continet tamen omnia quae ad vitam Christi elucidandam necessaria sunt, illa præsertim quae ad geographiam et archaeologiam biblicam pertinent. Et hoc est certe hujus operis præcipuum prodigiosæ diffusionis secretum, quod modo plane mirabili scaenas evangelicas ita depingit ac si vivida Christi historia sub oculos versaretur.

Nullum dubium quin inter volumina quae majorem afferent praedicatoribus profectum, præcipuum locum in posterum occupabit «Vita Jesu» Dris. Villam.

Lucien de Samosate. — *Oeuvres complètes*. Traduction, notice et notes de Emile Chambray 3 vol. Garnier, Paris.

Lucianus, inter omnes antiquitatis scriptores, illius generis litterarii *psicologiae romanensis* nota insigniti, primus fuit antecessor, multis de causis ipsum Paul Bourget superans. Fuissent tamen ejus opera utiliora et majori numero lectorum commendabilia, nisi, ad instar cujusdam lepræ, licentia illorum temporum cum subdole, tum apertis verbis non semel subreperet. Hoc tamen magna ex parte vitavit E. Chambray in versione quam Collectio Garnier recepit, honestioribus utens, qua possibile erat,

vocabulis. Totam versionem tribus voluminibus comprehensam, aperit disquisitione plane scientifica de vita et operibus Luciani, omniaque vertit 82 opera quae Luciano communiter tribuuntur, eorum tamen 9 inauthentica habet.

Homère. — *L'odyssée*. Traduction, introduction et notes de Médéric Dufour et Jeanne Raison. I vol. Garnier, Paris

Homeri versiones non modo non deficiunt sed potius abundant, immo vero supersunt, Haec tamen, quam commendamus, ampla utilitate lectoribus erit, quia tum in Gallia, tum etiam in nationibus Hispanicis, versio deerat quae nec nimis technica nec adeo vulgaris foret. Ceterum notulae potius abundantes verum commentarium efficiunt ad ultimas scientiae conclusiones omnino redactum.

M. CODINA, C. M. F.

G. D'Amico-Orsini e G. Pasquetti. — *Gli Scrittori Latini per il Ginnasio Superiore*. Firenze, Felice Le Monnier, 1935.

Agitur de Antologia Latina præcipuorum scriptorum ad scholas superiores destinata. Opus comprehendit selecta ex Caesare, Tito Livio, Cicerone, Salustio inter prosatores; inter poetas vero Vergilium et Ovidium seligit. Cur Horatium, lyricorum Romanorum principem prætermiserint commentatores, ignoro. Adnotaciones non solum alumnis sed et professoribus proderunt Bello Gallico Caesaris adjicitur tabula de Gallia provincia tempore Julii Caesaris.

N. Fritsch, W. Schurz. — *Horatius, Ausgewählte Gedichte*. Vol. I. Text. Erläuterungen. Aschedorff, Münster, 1932.

Duplici volumine continentur Horatii Flacci opera, non quidem omnia, sed alumnis accommodata et selecta, his omissis quae minus adulescentibus congruere videntur.

Primum volumen textum continet, praemissa praefatione, et adjectis Vita Horatii a Suetonio exarata, de Horatii arte metrica conspectu a Dre. Uhlmann et indice nominum propiorum. Alterum volumen commentariis et adnotationibus dicatur Notulis cujusque poesis praemittitur ipsius explicatio.

Mauricio Legendre. — *En España Ciento cincuenta y ocho fotografías.* Gustavo Gili, editor. Barcelona.

Opus conscriptum est ad monumenta Hispanica evulganda, praesertim quae ad aedificia et geographiam attinent. In prolegomenis asserit auctor opus a se esse editum postquam viginti et quinque annis universam regionem Hispaniae peragrat. Picturae photographicae ad unguem sunt obumbratae. Unde clarum editorem Gustavum Gili non possumus magnis cumulare laudibus.

N. Terzachi. — *Storia della letteratura Latina.* 2 vol. G. B. Paravia, Soc. Editr. 1935.

Non ut quid alienum legentium auribus sonare existimo, hujus auctoris nomen. In campo historiographiae litterarum Latinarum et nobile et gloriosum reputatum Opus vero quod hodie judicandum accepimus, expositione ampla, narratione simplici — notulas enim omittit et citationes quae lectionem retardarent — non possum non laudare. Finis operis est, legentibus proficere potius quam inquisitoribus. Unde ea omnia, quae subsidia scientifica dicuntur, auctor praetermisit. Tamen, nihil tam a veritate alienum quam auctorem leviter processisse putare, aut ea quae recentibus investigationibus claruerint, non adhibuisse. Unde hae sunt hujus historiae dotes: narratio levis, quia citationibus caret. Expositio gravis, quia optimis fontibus tum recentibus tum antiquis usus est auctor.

C. Sallustio Cirspo. — *La guerra Catilinaria con introduzione e note di L. Paretti.* Casa editr. Felice Le Monnier. Firenze. 1935.

Nova Graecorum Romanorumque classicorum Bibliotheca, quam Henricus Bianchi moderatur, hoc praestanti volumine nobilitata est atque ditata. Auctor notitiam quandam Sallustii praemittit ejus nempe vitae, scriptorum, librorum, virtutum atque fortunae operum. Sequitur Catilinarii belli textus, commentariis grammaticis et historicis simul et juridicis exornatus. Mea non interest omnia et singula ad trutinam revocare. Hoc tantum scire sufficiat, opus et auctore et editrici domo non indignum esse.

J. M. JIMÉNEZ, C. M. F.

Ch. Georgin. — *Hellas. I Premier Manuel Grec a l'usage de la quatrième. II Second Manuel Grec, a l'usage de la classe de troisième. III Manuel Grec.* Hatier. Paris.

Egregius Professor Licaei Henrici IV, apprime notus operibus paedagogicis litterarum graecarum et latinarum, iterum edidit tribus elegantibus volumini bus systema completum exercitiorum linguae graecae ad normam programmatum officialium Galliae.

In primo volumine ad usum incipientium methodice explicantur regulae generales declinationis et conjugationis, itemque elementares regulae synthaxeos. Alterum volumen morphologiae, potius incumbit et difficilioribus synthaxeos regulis, atque ad studium scriptorum Graecorum alumnos praeparat Tertium denique volumen *Manuel Grec*, textibus classicis praecipue constat, cum appendice de quibusdam difficultatibus grammaticis, de verbis compositis, derivatis, radicibus, cet. Optima librorum impressio quorum tabulae geographicae et archaeologicae amoenissimam reddunt lectionem.

H. MARTIJA, C. M. F.

Index rerum

(Vol. III)

Ann. Schol. V et VI

1934-1936

Numeri 37-54

N. B. *Paginas notamus ubi articuli coeperrunt. Numeros, qui notam b) praecedunt, ad annum scholarem quintum (1934 1935) referes; qui vero sequuntur, ad annum sextum (1935-1936)*

Adnotaciones

MARTIJA. In Vergilium (Georg. II, 136-176), 13, 56; Agricolarum felicitas (Geor. II, 458-531), 93, 110, 154, 170.

MIR. In Ciceronem (Ad famil. 16, 2), 6, 8; in Cic. (De amicitia 6, 29), 132; in Cic. (De senect. 10, 31, b) 121.

Bibliographia

BUXÓ. Summa Theologiae Moralis, tom. sec. 189.

CASALS. Monumenta historiam et geographiam Terrae Sanctae illustrantia; Lettere scelte di S. Giov. Crisostomo, 136

CODINA, J. Il libro X dell'Eneide; Théâtre d'Euripide, b) 22.

CODINA, M. Initiation à la critique textuelle néotestamentaire; Manuel d'études bibliques, 98; Les idées juives au temps de Notre Seigneur, Verbum salutis, 138; Jesus-Christ, sa vie, sa doctrine, son oeuvre, 156; Praelectiones biblicae, 177; Romans grecs, Iliada trad. de Segalà, Histoire ancienne de canon du nouveau testament, La cronología de Jesús, Manuel d'études bibliques, Première épître aux corinthiens, b) 128; Histoire des commandements de l'Eglise; La vie de Jesus dans le pays et le peuple d'Israel, 189; L'Odyssée; Oeuvres complètes, 190

FANLO. Elementi di Prosodia e di metrica latina, John. Lud., Vives conloquia, 78; Classical Scholarship. in Spain, 136; Il libro VIII dell'Eneide, 138; Il carme di Catullo, Epigramma scelte di Marziale, 158; Grammaire du latin liturgique, La misa dialogada, Un sueño pastoral, b) 106

GONZÁLEZ. Diáleg interior, Tribut al venerable Apeles Mestres, Examens particuliers a l'usage des prêtres, 78.

JIMÉNEZ. Episcoporum stimulus, Recherches sur les jeux seculaires, 18; Intro-

duction à l'étude du latin médiéval, Il carme secolare di Orazio, 58; Un humanista catalán, Grammaire grecque, 78; Consultationes Zacchaei et Appolonii, Quaestio de gratia capitinis, Casus conscientiae, 118; Civilizaciones antiguas, Enseñanza del latín, 136; Le Catilinaire, Introd. a la lengua latina litúrgica, 158; Las lenguas y los pueblos indoeuropeos, Mitología griega y romana, Escritores de Grecia y Roma, La pronuntiation «française» du latin depuis le XVI siècle, 176; C. Lucili Saturarum reliquiae, Monumenta eucharistica et Liturgica vetustissima, Horas del corazón, Epitome historiae Graecae, Livre IV et VIII de l'Eneide, Gramática latina, Cuestiones gramaticales, b) 41; Lengua latina, 106; Beda noster est, La sintaxis científica en la enseñanza del latín, Anabasis (libro V), 150; Gli Scritori Latini per il Ginnasio Superiore; Horatius, Ausgewahlte Gedichte, vol. I, 190; En España; Storia della letteratura Latina; La guerra Catilinaria con introduzione e note di L. Paretti, 191.

JOVÉ. Thesaurus confesarii, 37; Système de la syntaxe latine, 38; Cours de la langue latine, 97; Vergilii opera, La dichiarazione Cesarea, Studia Ammiane, 117; La prima decada, Storia di Roma (T. Livio), 157; Lateinisches Etymol. Wörterbuch, 178; Epitome historiae Graecae, b) 20; Le latin en 6.º, 86; Laterculi vocum Latinarum, 104.

LEACHE. Les Fastes d'Ovide, Cartilla en verso, b) 43; Elements de philosophie, Augustini confessiones, Institutiones Theologiae fundamentalis, 85; Institutiones Theologiae dogmaticae, Elements de Philosophie, Sept leçons sur l'être, Caractère et personnalité, Etudes sur Pascal, Pindari epiniclia, Anacreontis carmina,

Xenophon Anabasis, Xenophon Hellenica, 127.

MARTIJA Le Georgiche di Virgilio, 18; Lateinisches Etymsl. Wörterbuch, 19; Le Satiricon de Petrone, Il principali episodi delle Gecrgiche, 38; Nouveau dictionnaire latin-français. Oeuvres de Juvenal et Perse, Les nuits attiques, 77; Oeuvres de Tacite, Aesthetica, 118; Ausone, Aulo Gelle. Storia della letteratura latina. S. Juan Crisóstomo y su influencia social, Sintaxi latina. Silves de Stace, Obras completas de Virgilio, 178; Canta latine, Teoria dello stile latino, Théâtre de Plaute, **b**) 42; Histoire Romaine, 86; Lettres familiaires de Cic., Tusculanes, Sátrias y epístolas de Horacio, 105; Lateinische Hymnen, Ordo judicialis processus canonici instruendi, 150; La fille d'Auberxe de Virgile, Plaute. Théatr. t. II et III, 170. Manuel Grec, 191.

MIR. Cornelius Nepos, Sophocle, 58; Lettres familiaires de Cic., Brutus et la perfection oratoire, 137; Tresor de la llengua, de les tradicions i de la cultura popular de Catalunya, **b**) 21; Manuel d'études grecques et latines, 43; Classiche Philologie, Valère Maxime actions et paroles mémorables, Lengua latina, 170; Traité de stylistique appliquée au latin, La categoire des cas, 188.

PASTOR. S. Augustini doctrina de gratia et praedestinatione, 98; Primer libro de trad. griega, La mort dels perseguidors, 137; Scholastica commentaria in primam partem S. Thomae, 157; Appiani quae supersunt historiae, Xenophontis opera, Oeuvre de Xènophon, 177.

SURRIBAS. Abrégé d'histoire romaine, 137.

Biographia

JIMÉNEZ. E. Chatelain, M. Barone, R. Sabbadini, M. Tarchi, P. Ercole, M. Villate, J. Loth, J. Gianfranceschi, 37.

JOVÉ. Andreas Avenarius, 23.

MARTIJA. In memoriam P. J. Llobera S. J.. **b**) 10.

Compositiones scaenicae

A. EREM. VIATOR Narragonia et Crocodilopolis vel Amaranta surrepta, 6, 34, 52, 71, 86, 106, 130, 145, 160; **b**) 12, 39. — Molae Subterraneae, **b**) 123, 146, 165, 176.

Compositiones vertendae

80, 100, 120, 160; **b**) 43, 88, 132, 151, 172.

Conloquia in schola

JOVÉ. Ad aliquem invisendum, 46. M. C. Missiones minime neglegendae, **b**) 83, 92.

SARMIFNTO. Horatium inter et Vergilium, **b**) 55.

Epistularum commercium

AVENARIUS Palaestrae Latinae lectribus, 90; Litt. Mutuae, II, JOVÉ et SAMPERE; JOVÉ et AVENARIUS, 24, 112; JOVÉ et VIATOR, 47; JOVÉ et TORIBIOS, 65; JOVÉ et LLOBERA, 91; JOVÉ et CAÑIZARES, 112; JOVÉ et LURZ, 147; JOVÉ et BERTHAUT, 169; JOVÉ et A. LOZA, **b**) 9; JOVÉ et URQUIOLA, **b**) 95.

Exercitationes scholares

99, 119, 139, 159, 180; **b**) 23, 87, 131, 171.

Grammatica

JIMÉNEZ. De substantivis adpositis, 94.

JOVÉ. De comparationibus apud Latinos maxime usitatis, **b**) 155.

MARTIJA. De infinitivo historico, 76.

TORIBIOS. De genitivo *alterius* rite aciendo, 43.

Historica

AVENARIUS. Hymni S. Andreae Apostoli quinque, 25.

JIMÉNEZ. Lingua Latina universalis iterum deveniet?, 75.

JOVÉ. Academiae Cervariensis viri litterati: Benedictus M. de Moxo, 150.

LAMER. De Societate Latina quae floret Monaci Bavarorum, 128.

Horatiana

ACTUARIA. Annus Horatianus, **b**) 3.

AVENARIUS. De Q. Horatii operibus poeticis, **b**) 48.

ESPINOSA. Horatius et Vergilius (Epdod. XVI et Ecl. IV), **b**) 157, 180.

FANLO. Laudes Horatianae, 186.

JIMÉNEZ. Bimillennarius Horatianus, 55; Q. Horatii Flacci vices centenaria commemoratio, 174; Carmen saeculare, **b**) 14, 63, 75.

JOVÉ. Horatius doctis viris crebrius est in ore, **b**) 182.

LLOBERA. Q. Horatius et Legionensis, **b**) 4, 30.

MARTIJA. Horatii vestigia in Prudensio, **b**) 56; Ad Horatium carmen, **b**) 47.

MARIÑEZ CABELO. Horatius fabularum scriptor, **b**) 114.

NEBREDA. Horatius poeta philosophus, **b**) 120, 136.

NOGÁLES. O Fons Bandusiae..., **b**) 144.

RÍOS. Versiones Horatianae: Ad Lici-nium (Hor. Carm. II, 10), **b**) 46; ad Mel-pom. (Hor. Carm. III, 30), 66; ad vitam beatam (Hor. Ep. II), 67.

RUIZ. De artificiosae harmoniae prin-cipio in arte poetica Horatii, **b**) 81, 96.

Nova et vetera

JOVÉ. Fabri lignarii ferramenta, 10; De vestibus, 50; Exercitus Romanus, 70; De nominibus ad cognatinem pertinentibus, 92; Alimenta et frugales refectiones, 109, 126; Iter faciendum, **b**) 91.

Per orbem

JIMÉNEZ. Litterarum Latinarum cultus in Hispania, 15; Necrologion, 35; De antiquissimis papyris nuper inventis, Cer-tamina poetica, Scholae litterarum Latinarum, 95; Nuntia archeologica, Varia, 116; De altero Budeano Congressu, 134; Horatii commemoratio, 174.

Philologica

JOVÉ. De recta linguae Latinae pro-nuntiatione: Diphthongi AE, OE, 3; de littera C, 63; de complexione litterarum QU, 143, 163; de littera G, **b**) 17; de littera H, 27, 71; de littera S, 11.

MIR. Quomodo latine vertenda His-panica vox «peseta», 114.

Picturæ

Respondent rubricis dictis *Nova et vetera* et «De latronibus fabula» (*Varia*)

POETICA

I Carmina

ADAMUS A S. VICTORE. Sequentiae S. Andreae Ap., 32

AVENARIUS. In Andream Apostolum: in primis vesperis, 26; ad matutinum, 27; ad laudes, 28; in secundis vesperis, 30.

BALDE. In D. Thomam Morum, **b**) 16.

CURREA: Tu es Petrus, 9.

DAMASUS. In Andream Ap., 31.

FANLO. Cor Jesu refugium nostrum, 173.

GONZÁLEZ. In B. Ant. M. Claret, **b**) 94.

HULTGREN. Balneum, 179; Planicies glaciata, **b**) 74; Rosarum vallis, **b**) 135.

LLOBERA. Virginis Matris Puerique Jesu laudes (carmen amoebaeum), 66; B. Virgo την Ἀναστάσιν Christi expectat, 105.

MARTIJA. Roma triumphans, 89; Sta-bat Mater dolorosa, 125; Ad Horatium; **b**) 47; Ad Sanctum Isidorum, 175.

MESA. Stella maris, **b**) 113.

MARCOS. Provinciali suo, **b**) 188.

PUJOLRAS. Deliciae meae, 153.

REMUNDUS In Andream Ap., 31.

RESTREPO. Alpha et Omega, **b**) 169.

TORIBIOS. Mariae Virgini ode, 79, Hymnus alumnor. Cathol., **b**) 179.

VIATOR. Cantus vespertinus, **b**) 94.

II Poeticae versiones

CARO. Monialis patria extorris, (la monja desterrada), 48.

LLOBERA. In navem reipublicae (Hor. Od. I, 14), 42.

ILLA. In honorem Beati Claret hym-nus a Martija compositus 2.

MARCOS. Non siccabuntur («Inagota-ble»), 62.

MESA La tempestad (ex Ovid. Met. I, 285-310), 59.

VIATOR. Rex alnorum, 22.

VILLASANTE La liebre entre nieve, 39.

Varia

AVENARIUS. Problema geometricum, 33.

JIMÉNEZ. De Scriptorum ethnicorum lectione, 135; de studiis mediis classicis academicis praemittendis, 147.

JOVÉ. Documentum suspicatum (littera laudatoria E. Card. Pacelli), 103; memorabile jubilaeum, 108.

Catalogus Sodalium Societatis Verbi Dívini, 27.

De latronibus fabula picturis illustra-ta, 82, 102, 122, 142, 162; **b**) 2, 26, 70, 90, 110, 135, 154.

FRANK. Annales carminum Horatia-norum, 195.

ANNALES CARMINVM HORATIANORVM

Ex Caroli Frankii Fastis Horatianis

Anni	Epod.				
	Sat. I.		Sat. II.		
	u	c.	a.	Ch.	Hor setat
713.	41.	24.			
714.	40.	25.	2. Ambubajarum		16 Altera jam teritur.
715.	39.	26.	3 Omnipibus h. v.		8 Rogare longo.
716.	38.	27.	4 Eupolis a que Cratinus.		4 Lupis et agnis
717.	37.	28.	5 Egressum magna me.		5 Atodeorum
			6 Non quia Maec.		
718.	36.	29.	7 Proscripti R.		
			8 Olim truncus.		
719.	35.	30.	9 Ibam forte via.		
720.	34.	31.	10. Lucili quam sia.		
721.	33.	32.	1. Quisit Maecen	2. Quae vir- tus.	3 Parentis ol
722.	32.	33.		3 Si raro scribis.	4 Vnde et quo Caius
					5 Hoc quoque Tiresia
723.	31.	34.			6 Hoc erat in votis.
724.	30.	35.			7 Jandulum ausculo
725.	29.	36.			8 Vt Nas- dieni
					1 Sunt quibus
					17 Jamiam ef- fici

Ann.			Epistular I.	Carm. III
	u. c.	a. Ch. solat		
730.	24.	41.	13. Vt proficiscentem.	
731.	23.	42.	fort. 7 Quinque dies. 2 Trojani bellis scr.	
			9 Septimus Claudi 3 Juli Flore. 8 Celso gaudere. 5. Si potes Archiacis 12 Fructibus Agrippae 18 Si bene te novi 19 Prisco si credis. 20 Verbumnum lanum- que. 1. Prima dicte mibi	fort. 3 Quem tu Melpon 6 Dive quem proles <i>Carmen saeculare</i>
737.	17.	48.		fort. 9 Ne forte credas 11. Est mihi nonum
738.	16.	49.		fort. 1. Intemissa, Ve- nus, diu.
739.	16.	50.		fort. 10 O crudelis ad huc. 2. Pindarum quis- quis 4. Qualem mini- strum
740.	14.	51.		5 Divisortebons
741.	13.	52.		14. Quae cora pa- trum 15. Phoebus volen- tem

Prof. Emmanuel Jové, C. M. F.
Moderator

Typographia F. Camps Calmet. — Tarregae

SUMMARIUM EXTRAORDINARII HORATIANA

1. Ad Horatium

HENRICUS MARTIJA, literarum Latinarum in gymnasio Cervariensi Professore.

2: Q. Horatius Flaccus et A. Legionensis

JOSEPHUS LLOBERA, Professor emeritus et scriptor illustris. († Vide Pal. Lat. ann. VI, p. 35).

3. De Q. Horatii Flacci operibus poeticis

ANDREAS AVENARIUS, literarum Latinarum in Gymnasio Tirschenreuthensi apud Germanos Professor.

4. Horatii vestigia in Prudentio

HENRICUS MARTIJA, literarum Lat. Professor.

5. Versiones Horatianae tres praecipuae

ROMANUS RÍOS, Humaniorum Literarum in Lyceo Ramsgatensi apud Anglos Professor.

6. In Carmen Saeculare Q. Horatii Flacci commentarium

JOSEPHUS MARIA JIMÉNEZ, literarum Latinarum in gymnasio Cervariensi Professor.

7. De Artif. Harmoniae principio in Arte Poetica Horatii

DANIEL RUIZ, literarum Latinarum in Instituto Nationali Bilbilitano Professor.

8. Horatius Fabularum Scriptor

GREGORIUS MARTÍNEZ CABELLO, Humaniorum literarum in Gymnasio Segoviensi Professor.

9.. Horatius Poeta Philosophus

EULOGIUS NEBREDA, Philosophiae et Theologiae atque utriusque juris Doctor et Professor.

10. Horatius et Vergilius in Epodo XVI et Ecloga IV

AURELIUS ESPINOSA PÒLIT, Humaniorum literarum in lyceo Coto-collaënsi apud Aequatorianos Professor.

11. Horatius doctis viris crebrius est in ore

EMMANUEL JOVÉ, Literarum Latinarum in Gymnasio Cervariensi Professor.

12. Laudes Horatianae

LEANDER FANLO, Humaniorum literarum in Gymnasio Cervariensi Professor.

13. Annales Carminum Horatianorum

CAROLUS FRANK, illustris rerum antiquarum investigator.

Pretium hujus numeri Horatiani est 2'50 pesetarum